

Ya
837

De
**INCENDIO
BUDISSINO,**

Quod
Inter alia etiam Scholam Evangelicam, ejus-
demq; Præceptores omnes ex justo
DEI iudicio

die 5 Julii graviter affixit;

Et

DE VARIIS IGNIS ADMIRANDIS

Tres gratæ mentis discipuli valedicturi

HEINRICUS Schmid / Elstrâ-Lus.

ERNESTUS Scherz / Daubitz. Lus.

JOACHIMUS Gottlieb Lehmann / Budiss.
verba facient.

*Huic Triga, amore & favore dignæ,
ut*

Dn. Patroni, Fautores, & Amici

præsentiam amoris & favoris plenam

die 6 Octobr.,

In ædibus Dn. STEUDNERI ad semihorulæ spatium
commodent.

*Hoc THRENETICO PROGRAMMATI
observanter amice ꝑ rogat*

M. JOHANNES Rosenberg!

Schol. Bud. Evang. Rect.

Anno quo

HeV! Misere SchoLa BUDISSINA exVrIt Vr IgnI.

Budissinz excudebat ANDREAS RICHTERUS.



1161
20
1221





Vinqvaginta & duo anni sunt elapsi, ex quibus visa est
Budissa supremam habuisse diem. Quis non tum tem-
poris cum *Panthu Virgiliano* I. *Aen.* 224. iterum ite-
rumq; ingemuit:

Veni summa dies & ineluctabile fatum.

Nihilominus tamen illa per singularem DEI gratiam ex cineribus re-
nata quotidie magis ad pristinum splendorem, amplitudinemq; aspira-
vit. Verum enim verò ecce! admiranda & iusta DEI iudicia! Dum in
dies meliora optamus, oramus, speramus, redeunt, prohi dolor! pri-
stina & funesta tempora, & Budissa nostra nocturno incendio in ex-
tremum Salutis periculum conjicitur. Inprimis autem *Schola nostra*
Evangelica per divinam & iustam Sententiam tota ad rogam damnatur.
A tempore quidem Nativitatis illa, inprimis in incendio belli tri-
cennalis, variis & periculosis casibus obnoxia fuit; sed tamen concus-
sa magis, quam afflicta fuit. Nunc vero tanquam exanime cadaver pro-
strata jacet, & durissimi cordis spectatori lacrymas excutit. Et nisi DE-
us tempestivâ & copiosâ pluviâ furorem igneum restinxisset, venti-
q; cursum mutasset, de totâ fere urbe actum fuisset. Sed DEO immor-
tali sit gratia qui Gratiam & Misericordiam Justitiæ prætulit, atq; obi-
cem ruenti flammæ posuit. Cum *Jeremiâ* exclamamus *Thren.* 3, 22.
*Misericordie Domini sunt, quod non consumpti sumus, quia non defece-
runt eius misericordie.* Et quia cum *Schola* non ego solus, sed omnes
reliqui *Dn. Collegæ* gravem fortunarum, inprimis librorum jacturam
fecerunt, occasione à perorantibus oblatâ, operæ pretium esse duxi,
memoriam *incendii Scholastici Carmine* quodam, ad augendum DEI
timorem & in orando fervorem, posteris relinquere. Verum quidem
est illud *Poetæ* *Trist.* l. 39.

Carmina proveniunt animo deducta sereno.

Et *V. Trist.* 3. 3. --- *Carmina letum,*

Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.

Sed quæ latitia esse potest in tantâ rerum adversarum acerbitate? Quicquid sit, ta-
men pango & plango, simulq; à *Lectore benevolo* peto, ut si quid *asperitatis* in *Carmine*
invenerit (inveniet autem multum) id fortunæ *asperæ* tribuere velit.

Flebilis ut noster status est, ita flebile carmen,

Materia scripto conveniente sua. *Ovid.* l. 6. l. 5.

C

Attu
No
Præ
Exp
Et p
Sed
Hor
Inge
Mo
Atq
O D
Pal
ô D
Arce
Nu
Igni
Mo
Et si
Mœ
Ext
Et c
Sed
Qu
Irat
Sed
Inte
Fera
Cam
Info
Agn

O Plenam lacrymis noctem, plenamq; tremore!
O nigram lucem, tristi quæ proxima nocti
Successit, nostræq; ferè (exhorresco referre)

Attulit extremam noctem, lucemq; BUDISSÆ!
Nox plus quam medium nigris confecerat alis
Præfixum spatium, reditum, faciemq; diurnæ
Expectans stellæ: pecudes, hominesq; tacebant;
Et primam ac dulcem capiebant cuncta quietem.
Sed mox excutimur somno, geminatur in urbe,
Horrendus clamor: *Cito surgite, surgite ah! Ignis,
Ingens Ignis adest; prope adest, quin surgitis? Ignis.*
Mox oculis firmata fides, erumpit ad astra,
Atq; ferit claro vaga lumina lumine flamma.
O DEUS, exclamo supplex, ad sideratensis
Palmis, *ô miserere Scholæ, miserere BUDISSÆ.*
ô DEUS! & magnum magnâ Virtute periculum
Arce, sed clausas infensum subtrahit aures
Numen. Ab exiguo quærit sibi tempore vires
Ignis, & instar equi laxatis currit habenis.
Mox improvisò vicinas fertur in ædes,
Et super alta jacet Collegis proxima nostris
Mœnia flagrantes, vento spargente, favillas.
Extemplo accurro vicinus Amicus Amicis,
Et cum discipulis pestem depellere conor.
Sed frustra; superat nostras vis ignea vires.
Quidam è discipulis, quibus est infirmior ætas,
Iratum cantu cæpere inflectere Numen.
Sed nostros cantus cælestis respuit ira.
Interea variis resonat clamoribus æther,
Feralesq; sonos repetunt ex turribus omnes
Campanæ, quæis se sacra Marti tympana jungunt.
Insolito Strepitu. Concurritur undiq; facto
Agmine, ut opprimerent conjunctis viribus Ignes.

1.
Incendium
ortus &
tempus.

Das Feuer
fiel alsbald
auf den
Schulhof
auf der h. u.
Collegen
Häuser.

Auf den
Schulhofe
ward ge-
fungen: weß
wir in höch-
sten Nothen
seyn.

2.
Progressus

ft
r-
e-
ra-
im
ri-
x-
ra
a-
ri-
uf-
o-
E-
q;
r-
i-
z-
e-
es
m
ki,
EI
m
a-
ng

Pars poscebat aquas, pars scaldas, parsq; secures.
 Verum nil hominum vires, infusaq; prodest
 Unda, Ignis victor per summa cacumina regnat.

Die helle
 Glocke fällt
 let von ver-
 brandten
 Reichen-
 Thurme
 herunter.

Una ex campanis turri pendeat ab altâ,
 Et latè per agros sese præbebat ab ortu
 Spectandam; fato tandem veniente supremo,
 Illa sibi cecinit ritu funebria Cycni
 Lugubri sonitu, & vitam cum voce reliquit.
 Idem etiam fatum mansit sublimia tecta,

Die schöne
 und hohen
 Häuser in
 der Reichen
 Gasse bren-
 nen abe.

Quæis ditata fuit dives sic dicta platea.
 Sed nec & hîc flammæ sistunt; consurgere venti
 Acrius incipiunt, ignes trans mœnia jactant.
 Vidisses liquidum volitare per aëra passim,
 Ardentes tegulas, & mox incendere tecta.
 Tunc novus auditus plangor, clamorq; per urbem:

Die Vor-
 stadt für
 den Reichen-
 Thore ge-
 het an.

Festinate viri, jam nostra Suburbia sævus
Ignis habet, vos vestra domum cum Coniuge proles
Avocat, & succurre Pater, succurre, perimus,
 Clamat. Sic magnus quò venerat, urbe relictâ,
 Dilapsus numerus: sic vires flamma recepit.
 Nec minus adverso, quàm vento est aucta secundo.
 Interea lucem surgens aurora reduxit,
 Quam tamen obscurat diffusus in æthere fumus,
 Cum suprema scholæ morituræ fata propinquant.
 Hîc in præsentem se conjunxere ruinam.

Das Feuer
 kömmt auff
 die Schule
 von den
 Hinter-
 Häusern in
 der Kessel-
 Gasse.

Cuncta Scholæ: *Tellus, undæ, simul ignis & aura.*
 Denegat auxilium tellus, fons denegat undas.
 Prætereà vertit ventus, glomeratq; favillas,
 Et velut ignitam pluviam super alta propinqua
 Mœnia per tegulas fundit: mox arida tecta
 Concipiunt ignem, & flammâ crepitante relucet.
 Quæris, quæ fuerit tanto mens nostra periculo?
 Non aliter stupui, quàm qui cælestibus ictus

Ful-

Fulminibus, subito sensus quem deficit omnis.
 Namq; aderat, rarus, quid rarus? Nullus in urbe,
 Nullus in urbe fuit, (repeto) qui diceret: *adsum,*
Auxilio, dimitte metum, pugnabimus igni,
Et quicquid poterit, salvum servabimus. Ipse
 Primò erepturus furibundi ex faucibus ignis
 Libros, quos passim per bis tria lustra parâram,
 Non vili sumtu, Museum territus intro,
 Exanimis paucos comprehendo, perq; tenebras
 Subjectam in fossam mitto: sed prævalet ignis
 Et mox de tectis internas serpit in ædes.
 Flebilis exoritur gemitus planctusq; meorum.
Quorsum, conclamant, tuti fugiemus ab Igne?
Ignes ante ædes, & in ipsis ædibus ignes?
 Exitus unus adhuc, & spes tandem unica nobis
 Restabat, per quem fugituris fossa patebat,
 Proxima: recludi jubeo palosq; revelli.
 Verùm reclusis foribus, mox defluit ignis,
 Et lignum ac stramen momento corripit uno.
Sic Ignis supra, sic ignis sævit & infra.
Nunc mora rumpenda est, nunc solam efferre licebit
Vitam, nunc linqvenda tibi carissima quæq;
Linqvendum est multos multo sudore per annos
In Scholico Gothæ & Budissæ pulvere partum.
Infelix Rector, collectos desere libros,
Desere scripta Tibi nocturnâ scripta diurnâ
Quotquot sunt operâ: Museum desere, & ipsa
Desere grata Scholæ citò limina; desere cuncta.
 Sic deserta Schola est: medios fugiq; per ignes.
 Verùm non aliter, quam si mea membra relinquam
 Dividor, abrumpiq; meo de corpore partes
 Sunt visæ. Certè quoties nunc mente revolve
 Extremum hocce *Vale*, lacrymis mœsta ora rigantur.

Das Feuer
 ergreift
 das Holz
 und Stroh/
 so in Schwi-
 bogen un-
 ter der
 Schule ge-
 legen.

In fossam elapsus quid non miserabile vidi?
Vidi discipulos, sobolem cum Coniuge vidi,
Qvi vultum lacrymis, & fossam questibus implent.

Vidi dispersis repleta suburbia flammis:

Vidi collabi magno succensa fragore,

Tecta Scholæ, & passim spirantes igne fenestras:

Vidi festinâ per flammâs morte resolvâ

Æs, quod vocali discentes ore vocabat

Ad solitas operas, & læto haut omine ruptum,

Jusserat ante annum reparari Cura Senatus.

Jam ventum ad libros. *Non clementissime, parces,*

O DEUS, in fonti populo? Rogus unicus anne

Tot, tantosq; Viros capiet? non unica sufficit illis

Mors, & post mortem geminata morte peribunt?

Vos nunc extremum lacrymis compello: *Valete,*

Nostri Doctores, atq; oblectamina nostrâ!

Non ego vos posthac animo letante videbo,

Non laudabo meis, iterum iterumq; Valete.

Sic cum Museo tandem Scholæ corrui ipsa.

Nec furore interea flammarum cessat, in horas

Crescit, & extremum toti spirare videtur

Budisse exitium. Luctu, miseroq; tumultu

Omnia miscentur, replent ululatibus auras

Matres & viduæ; pueri, innuptæq; puellæ,

Siccine nunc urbem totam, DEUS optime, clamant,

Ex irâ evertes? Quis nunc succurret egenis,

Si pariter miseri? quis erit nunc hospitis hospes?

Nil homines possunt: Tu nobis cælitus adsis,

Atq; tuâ dextrâ furibundas reprime flammâs.

Audiit Omnipotens, largam descendere summo

De cælo pluviam iussit, redeuntis Amoris

Haut dubiam testem. Sic vires perdidit Ignis,

Et tandem infusus vinci se passus ab undis.

Ignibus extinctis, facies miserabilis Urbis

Visa fuit, lacrymas quæ vel Cyclopibus ipsis,

Vel quos progenuit duris de cautibus horrens

Caucasus excuteret, Spectatum, quæso, venite,

Quos humanatum rerum miseratio tangit,

Hanc peccata gravem nobis peperere ruinam!

una

Das Schul
Glöcklein
so ein Jahr
suvor zer-
sprungen /
und wieder
gegossen /
verschmelzt.

3.
Scholæ
obitus.

4.
Pluvie
adventus.

5.
Incendii
effectus.

6.
Usus.

1.
περ-
πομπήος

Tanta

Tanta est divini, nunc credite, Numinis ira!
 Qui paulò ante suas non uno nomine felix
 Vix numerabat opes, censum nunc inter egentem
 Transcribit turbam: largo qui pascere victu
 Olim alios poterat, peregrinis quærit in oris,
 Unde famem pellatq; suam, pellatq; suorum:
 Qui nuper vario velabat corpus amictu,
 Vix habet unde tegat torpentia frigore membra.
 Tanta est divini, nunc credite, Numinis ira!
 In primis nostræ miserum spectate cadaver
 Ecce! Scholæ, nosterq; malo mala cuncta cavete.
 * Namq; bonas Arbor quæ fructus ferre recusat,
 Excisa ardentem sic projicietur in ignem.
 Tanta est divini, nunc credite, Numinis ira!
 Verùm nunc miserere DEUS, culpamq; remitte,
 Omnes nempe rei fuimus: peccavimus omnes.
 Nos castigavit meritò Tua dextra paterna.
 Quos percussisti, sana, ceu Pelias hasta.
 Largâ redde manu, rapidus quæ sustulit ignis.
 Ades exusta? repara: combusta supellex?
 Restitue: argentum sublatum? redde. Scholæq;
 In primis patriam, gere Tu, Pater optime, curam;
 Pulchrior ut veluti Phenix post fata resurgat.
 Ex busto: Serva Patres Patriæ, atq; Patronos,
 Corporis atq; animi constantes suffice vires!
 Deniq; solvo DEO grades, quod nempè misertus
 Nostræ majorem partem servaverit urbis,
 Et trepidâ quodcunq; manu congefserat uxor,
 Intenui cellâ, ventis flammisq; patenti.
 Sis porò Custosq; domus, Custosq; BUDISSÆ,
 Et mala, quæ nobis impendent, fortiter arce,
 Collegas solare Scholæ, quos reddidit omnes
 Ignis edax miseros, amissaq; cuncta refunde.
 Fac bene rursus iis, bene qui fecere redactis
 Afflictam ad sortem. Nunquam Benedictio desit
 Auxilium nunquam! Procul, ô! procul absit ab illis
 Ignis, & in primis solo Pietatis amore
 Qui re, qui verbis nostro doluere dolore;
 PLEPO fonte bibant caelestes semper amores.

2.
ΕΥΧΑΙΣΤΟΣ.

* Hæc su-
 premo Au-
 ditorio
 quondam
 ex Matb.
 7, 19. in-
 scripta,
 oblitera-
 tis per
 ignem re-
 liquis in-
 scriptio-
 nibus, so-
 la adhuc
 leguntur.

3.
ΕΥΧΑΙΣΤΟΣ.

837
P
Ostremò ad ipsos abiturientes est deveniendum. In his primus *nuperrimum* Incendium, & in primis *Scholasticum* efferet. Secundus *incendii hujus usum* & solatium afferet. Tertius *variorum admirandorum de Igne cumulum* referet, idè ex *Aristotele, Plinio, & melioris atq; rarioris notæ Physicis, Schotto, Hamelio &c.* Primus nempe *HEINRICUS Schmid/* ex *Gymnasio Hallensi* annis abhinc quatuor & dimidio ad nos accessit, & non ætate solâ, sed moribus etiam frugi dignis, imò literarum & lingvarum quoque Studiis commilitones suos adè superavit, ut *Principem & tribunitium* inter eos locum obtinuerit, nec solius *Præfeti Musici*, verum *Auditoris* etiam, seu *Succentoris* officium in templo nostro primario cum laude sustinuerit. Progressus in literis & lingvis cum ex aliis, tum in primis ex *Valedictoriâ, Carmine Ebra-Chalda- & Syriaco* variatâ elucebit. Alter est *ERNESTUS Schertz/* qui ex nostrâ quidem ad *Electoraalem Misnensem* ob urgentes causas se contulit; sed ante bienniû ex consilio *Nobiliss. Dn. SEIDELII, Camer. Primar. Nutritii liberaliss.* ad nos rediit, & conceptam studiorum telam, *privatas lectiones cum publicis* conjungendo feliciter pertexit. *Immanuelis nostri incunabula Carmine Heroico, & quidem ex memoriâ, quâ haut mediocriter valet,* superiori anno concelebravit. Nunc etiam cum fructu spem de se ab altero redivivo Patre, & plusquam paternam curam nunc multos annos agente, & ab *optimâ Matre,* precibus indefessis pro *unici filii* salute excubante, conceptam impleturus ad *Academica* studia contendit. Tertius est *Excellentissimi atq; Celebratissimi Archiatri Elect. Sax. Patroni atq; Evergetæ Scholæ nostræ nobilissimi filius* majori natu. Is in nostro ludo feliciter succrevit, Adultior privatae & fidei Informationi Viri *Præclarissimi Dn. M. Georgi Meywaldi, t. t. Con Rect. nunc Scholæ Lignicens. Pro Rectoris meritissimi, veri & sinceri Amici,* commendatus fuit. Ab ejus discessu, & contubernio & convivio meo, quem proh dolor! incendium abruptit, traditus est. Verè atq; ex animo scribo *Lehmanni mei Industriam, Obedientiam & raram in tantâ fortunâ Modestiam* cum mihi tum aliis *Collegis* omnibus voluptati fuisse. *Lingvæ Latinae & Graecæ* etiam fundamenta *Hebraica* adjunxit. Vim Ingenii & Memoriae ante semestrem spatium *Oratione de S. Bono publicè & memoriter* habitâ erudito Auditorio satis probavit. Transfer mi *Lehmanne,* has laudes tecum ad altiora, & auge. In primis Te *precibus atq; animi Constantiâ* adversus consortii Te indigni illecebras qualescunq; muni. Sic *Patriæ, sic Parentibus, sic Tuis* magnis Cognatis, imo etiam *Scholæ nostræ* emolumento atq; ornamento eris. Verbo: *Paternum dabis.* Tibi etiam mi *Schmidi atq; Schertzi* felicem in studiis Successum animitus apprecor. De re tenui vivendum erit. Sed *Pietatem, Fidem & Spem* retinete, & sic vel *nihil habētibus nihil deerit.* Mature discite & *verbis, & exemplis proximum docere, Mundumq; & vos ipsos vincere* proutq; *Conscientiâ inter seculi inquinamenta custodire.* Sic *Ecclesia* vobis, tanquã exoptatis *Organis,* gaudebit. Sic ipsi in hoc & futuro *Mundo* cum vestris Auditoribus gaudebitis, florebitis. Fiat per *Cœlestem Doctorem Christ. Jesum. Amen!*

104 (0) 100

1077

Q. N. 145, 95.

INCE BUDI

Inter alia etiam Scho
demq; Præcepto

DE

die 5 Julii g

DE VARIIS IGM

Tres gratæ ment

HEINRICUS Schmit

ERNESTUS Scherb

JOACHIMUS Gottlie

verl

Huic Trigæ, an

Dn. Patroni, F

præsentiam am

die

In ædibus Dn. STEUD

con

Hoc THRENETI


observan

M. JOHAN

Schol. Bu

HeV! Misere SchoLa

Budissinz excudeba



a
37

us-

LECT
VIAN

BIBLIOTHEK

